CAESARIS OTTINELLI FIRMANI

Art. Philos. Iur. V. Doctoris

DE RETINENDA INDEMNITATE CONSILIUM



SVPERIORVM PERMISSV.


ROMAE Apud Alexandrum Gardanum, & Franciscum Coattinum. M. D. LXXXVI.



Ad Maledicos.



Lane fit, vt quo quisq; rebus suis incumbit, eo magis lacessitus reperiatur. Aristippus à quodam quum conuicijs incesseretur abijt ac quum maledicus insequeretur abeuntē, dicens quur fugis? Quoniam inquit tibi potestas est male loquendi, mihi vero non ita audiendi. Eodem plane modo, & Cato senior maledicum suum reiecit, dum inquit impar certamen esse, quod ei & maledicere, & male audire facillimum esset, Catoni vero maledicere insuaue, & male audire insolitum. Sapienter, ac fortiter igitur illud Memnonis, qui contra Alexandrum pro Dario bellum gerens militem mercenarium Alexandrum conuicijs insectantē hasta percussit, inquiens contra hostem ferro, non lingua pugnandum.



CAESARIS. OTTINELLI
DE
Indemnitate Retinenda
QVAESTIO

PVblicis instrumentis res acta est Pasio titulo depositi Nestoris pecunias penes se habere confessus fuit, easdemque restituere infra certum tempus promisit; sed quia id Periclymeni causa actum fuit, Pasionem, ac eius successores nullo vnquam tempore damnũ percepturos, sed indemnes in omnem causam se præstiturum eodem die, ijsdemque testibus adstantibus spopondit Periclymenus, qui postea defuncto Pasione cum Hestore fratre dissentire cœpit; hac data occasione Nestor Pasiclem filium, & hæredem Pasionis depositi actione cæpit conuenire absentem, & causa rite peracta seruatis solitis solemnitatibus Phormione Pasiclis curatore pro eo agente, tandem iudicis sententia coactus idem Phormio pecunias depositatas numerauit, deinde cũ Periclymeno, vt indemnem Pasiclem cõseruaret, ac promissis staret, diligenter egit sed negauit audacter Periclymenus quicquã debere. Quid iuris quęritur.


CONSTITVTIO

Ferdinandus ij. Imp. Hieronymo P. P. S.

DE pactis late apud Veteres disceptatum fuit; ac humaniter, egregieque dictum, nihil esse humanæ rationi tam consentaneum, quam ser uari, quæ inter aliquos placuerunt, quod quidem nobis summopere probatur, ideo relictis superfluis ambiguitatibus conuentiones omnino ser uari sancimus, nihil turpius existiman tes, ac ab hominum societate magis alienum, quam fidem fallere: Quamobrẽ ex deposito Pasionis ne quid detrimenti capiat Pasicles, sed indemnem eundem præstet Periclymenus, cum venire contra scripturam publicam minime possit, tu pro tua pruden tia caueas. Dat. an. Primo.

CONSILIVM. ET. DIALOGVS.

Phormio. Nestor. Periclymenus. Pasicles.



Ccepistis ne Pasiclem adolescentem incolumen Athenis ad nos redijsse. bene quidem actum est cum illo, vt tã perniitiosa tempora euaderet, ꝙ nec omnibus nostratibus, nec multis sæuissima Peste extinctis concessum est. *Nestor.* Estne doctoris insignitus ornamẽtis, an iterum aliò se conferet? *Periclymenus.* De doctrina numquid cogitandum tibi videtur, cum de vita agatur, & iamdiu doctorem Pasiclem haberi, tu solus Nestor ignoras. *Nest.* Gratulor equidem eius tãto bono, & præterea quod hoc tẽpore ad nos felix reuersus fuerit. *Peric.* Equidem ex eius reditu statim atque intellexi, lætitiam sumpsi, ita vt dici, ac exprimi nullo modo possit. *Phor.* Vos quidem agitis, vt decet consanguineos, & beneuolos, à quibus sũmopere amari Pasiclem multis argumentis iamdiu cognoui, sed cum à consanguinitate, & sanguinis amore recessum paululum fuerit,

tibi, ò Nestor, quod gaudio perfusus fueris credi facile potest, cum pecunias penes Pasionem depositatas iuditiorum vi ac impetu percæperis: sed tibi ò Periclymene ne ex eiusmodi reditu negotium detur aliquod, sūmopere vereor. *Nest.* à pecunijs meum non proficiscitur gaudium, sed ob meum erga Pasiclem amorē, & quod inter nos consanguinitas intercedat, præsertim cum nemo sit ab humanitate ita alienus, qui non summam lætitiā ex eius salute seruata capere his turbulentissimis temporibus debeat. Quod si putes me quempiam vehementius Pasiclem amare, longe aberras. *Pericl.* Mihi vero ò Phormio, cur non sit, vnde iure lætari possim, explica. Scis enim incredibiliter à me Pasiclem diligi, tum cōsanguinitatis nostræ causa, tum etiam quod ea possideat quæ ad colligēdam beneuolentiam, & omnium animos alliciendos valent. *Phor.* Non ita, quod dixi, durius accipias velim, nam probe noui, mutuo te à Pasicle amari, ac non vulgariter semper obseruaui, sed erit tibi ò Periclymene aliquid cum illo. *Peric.* Cur ita? *Phor.* An ne tibi videtur parum esse, cum dissentiendi argumentum dederis, & fidem fallere parū

duxeris. *Peric.* Equidem quod pollicitus sum libenter exequar,ac efficiã profecto,vt fides mea in promissis à nemine desiderari possit.Nihil est enim ab hominum conditione magis dissentaneum, quã non stare promissis. *Phor.* Promissa seruari recte quidem dicis, sed cum preteritis diebus,pecunias iudicis sentẽtiã à me Nestori fratri tuo redditas à te ego petierim, indemnem Pasiclem conseruaturum te negasti,cum tamen publicis instrumentis tam enixe contrarium promiseris. Videas modo, num graue sit à promissis discedere. *Peric.* Non equidem fidem meam, sed male pro me Nestori solutum negaui,ac ideo cõtra me rei vendicatione nullo modo agi posse affirmaui.Tibi quod negotium male gesseris id omne tribuendum erit,ac à te potius repetere, quam à me quidquam petere Pasicles cogitabit. *Phor.* Scis ne me ex iudicis Sententia,& ob possessionem eiusdem decreto in bonis Pasiclis à Nestore captam satisfecisse? *Peric.* Accepi. *Phor.* Recordaris ne spopondisse te, quod ex deposito, & obligatione præstita à Pasione, eundem, & eius hęredes indemnes præstiturus eras? *Peric.* Memoria teneo. *Phor.* Num

quid aliud esse tibi videtur fidem fallere, quã à promissis discedere. *Peric.* Recte quidem, sed vide ne dum in me iuditiũ fers te ipsum condemnare potius videaris. Non ne tenes adhibẽdam esse diligẽtiam ei, qui alienã gerit negotia non aliter atq; si res proprias tractaret; sin minus cum aliquid damni absens perceperit, id omne negotiorũ gestor resarcire debeat? *Phor.* Notum est. *Peric.* At certe nunquam persuadebis mihi, si tibi negotiũ cum Nestore fratre meo fuisset, ita tu prõpte pecunias dedisses, prout egisti. Quare cogitatis nonquid à te Pasicles pecunias repetere iure possit. *Phor.* Satis quidem factum tibi videbitur, quòd me debitorem Pasicli effeceris. *Nest.* Quid opus est istis? Missa queso faciatis hæc, Phormio duc nos ad Pasiclem, vt congratulari illi possimus. *Peric.* Eamus propere, vt illum domi cõueniamus. *Phor.* Apud sororem paulò ante agebat, at nunc vbinam reperiemus, nescio. Salutationibus enim propinquorum, & amicorum operam dabat, sed nos domi aut inueniemus, aut commorabimur donec redeat, quid? agnoscitisne illũ nobis obuiam venientem. *Nest.* Numquam profecto si alibi vidissem, quam Do-

mi. Deo Opt.Max.gratias agimus ò Pasicles,quod nobis te incolumen seruauerit in his turbulentissimis temporibus, & felicem reditum ad nos tibi concesserit. *Peric.* Equidem sumopere lætor Pasicles ex sæuissimis procellis ad portum te ex animi sententia;ac nostro omnium summo desiderio aduenisse. *Pasicles.* Mihi ne gaudendi locus relinquatur non nihil vereor. Nam hęc tam humanis vestra officij ratio gratissima est,tum quod vos prospere agere prospicio, tū etiam quia vos mihi sanguine, & beneuolentia coniunctissimos quotidie magis fauere agnosco; sed vinci me à vobis humanitate, & offitio æquo animo ferre non possum:licet sū mam letitiam percipiam ex hac vestra trā quilla,quam agitis,vita,vt ego pariter vobis,& sūmopere,& iure congratulari possim. Asideamus, si lubet,caloris vitandi causa. *Nest.* Heu Pasicles ter dedimus tibi lacrimas,adeo tristes nuntij perueniebāt,vt de te actū plane iam esse omnes vno consensu existimarēt.Quare perspicere facile poteris teneri nos summo desiderio cognoscendi,qua ratione incolumis à peste euaseris. Nobis plane persuadere uix possumus te hoc tempore in-

ter homines versari, etiam nobis aspicientibus, vt miraculo id factum sit, cùm tot hominũ millia illo teterrimo morbo perijsse àcceperimus; ideo de tua seruata salute aliquid enarra, vt in terris te morari credere possimus. *Pas.* Temporis pessimam conditionem accepistis, communem calamitatem agnouistis, hominum insignem, ac immensum interitum audiuistis, ita vt infandam sęuissimi morbi magnitudinem sine acerbitate recordari libere nunquam erit. Quis ab humanitate adeo est alienus, vt cõprimere posset lacrymas, si cerneret filium aliquem, patrem primo, tum matrẽ demum fratres omnes, & sorores solũ sine vllo auxilio, & subleuamine tradere sepulturę? Quis hæc, & alia adhuc magis calamitosa aut aspicere sine lacrymis, aut recordari sine dolore, vel narrare sine luctu vmquã posset? Igitur non est mihi id à vobis imperandũ, ne vobis summę cõmisseratio nis, mihi vero acerbissimi doloris occasio detur narrando. *Nest.* Non quidem tot, tantasque calamitates, & ęrumnas audire cupimus: horret animus cogitando; sed quo nã ingenio morbum cõmunem, et tam immane grassantem euitaueris. *Pas.* Medicorum cum vndique maximus fue-

rit factus concursus, vos pro vestra prudẽtia colligere poteritis infinitas fuisse medicamentorum inuentiones, vt quotidie nouis artibus,& ingenijs cum morbo certandum esset,ac singula medicamenta statim reperta tentanda esse vnusquisque facile sibi persuadebat: ideo experientię huiusmodi causa innumeros interijsse existimo. Ego vero hoc vno præcipue tutissimus agebam,quod vbi de morbi magitudine rumores increbuerunt, illico vitam mihi ereptã duxi, ac de mea salute nec cogitare amplius, nec laborare cæpi, & in eum veluti somnum incidi, vt sensu carere mihi ipsi viderer. Omnia mea quidem sententia,Annabatarum more. *Nest*, Festiue,lepideque nobiscum agere videris aut nescis cum vitam in minimis haberes, facilius,vt in morbum incideres, & peste opprimeres. *Pas.* Non ita perfecto audacter, & inconsiderate vitæ pericula subirem,sed vt vitę consulerem, à præsentique periculo euaderem id cœpi consilij, vt salutem floccifacerem.Primo quia cum pericula contendere animi sit fortis,in eã vitæ rationem veni,vt viuendi cupiditate, & cogitatione minime afficerer,sed æquo pacatoque animo semper fuerim ne da-

retur tristitię,& anxitatis occasio,vnde sã-guis perturbatus contagione afficeretur. Deinde assidua experientia docti quotidie cernimus res quò magis nobis cordi sunt, eò facilius è manibus excidere, quẽadmodum res,quæ minus caræ se præstant diutius conseruari prospicimus. Quare cum vitam semper contenderim, conseruata,Dei bonitate,salute è tantis vndiq; angustijs, communibusque calamitatibus & immani morbo, incolumis vobis redditus sum.Sed de his satis, ne recordatione iterum eadem mala subire cogar. Igitur missa hæc faciamus, & vobis iterum summopere gratulor de vita,quam tranquille, salubriterque agitis. Audire præterea cupio quid sit,cur non iure de vobis cõqueri possim. Nam à Phormione accepi molestias, quas intulisti Nestor, vt bona mea omnia tibi vix satis essent, ita acriter actũ intellexi. *Nest.* Humaniter quidem,& honorificẽtissime tecum actum est, ac nihil aliud ego petij, nisi quod Pasio pater tuus spopondit tu dependeres, quod quidem inhumanitati tribui nullo modo potest. *Pas.* Iure quidem egisti contra me,sed si humaniter negotium absolui cogitabas, contra Periclymenum fratrem iu

dicium dirigendum erat,cuius cauſa Pater
meus fideiuſſit, & depoſiti actione teneri
voluit, non me conuenire primo loco ob
beneficij memoriam. Scis enim id omne
egiſſe Paſionē patrem,vt veſtras fraternas
in diuidendo patrimonio diſcordias con-
ciliaret, ideo inter vos diſceptādum erat;
niſi cōueniendum cōſanguineum potius,
quam fratrē Neſtor duxeris. Attamen tu I
Periclymene me tueri debebas, vel paci-
ſcendo,vel opera tua. *Peric.* Cum nulla
obligatione teneat,nihil dubitādum erat,
nec vltra mihi cogitandū fuit. Nā Phor-
mioni nihil debeo, quia ei nihil promiſe-
rim:neq; tibi Paſicles, quia ſolutio nō fuit
facta à te, neq; tuis pecunijs. *Pas.* Ita pla 5
ne certarūt Magiſter ille,& diſcipul⁹ apud
Gellium,vt tenes. Sed vide quid dixeris
quia & mihi debes,quod ita publico inſtru
mēto docuiſti,& Phormioni agēti pro me
ſoluere debes,quoniā meis pecuniis ſolue
rit. *Peric.* Bene tu quidē, ſed de te in
inſtrumento ſolutionis nullū penitus ver
bū, quare eius fauore vti minime poteris·
nec etiam Phormio, quo cū nihil mihi eſt
negotij. *Pas.* Licet dem hoc tibi, vt de
me in inſtrumēto nulla fiat mētio nomina
tim,ſunt tamē hęc alia verba. *Fuit ſatisfa-*

ctum vice, & nomine hæredum: & à Phormione stipulante pro filio, & hærede Pasionis. Rem igitur aperte constare intelligis. *Peric.* Si ita res acta esset, hoc tempore disputandum non esset, sed quia in bastardello, vt aiunt, non insunt huiusmodi verba discrepare videtur tua copia ab originali, quo casu bastardello penitus, ac solum adherēdum est, vt inquit Bart. in
1 l. Sempronius, nu. 3. de leg. 2. *Pas.* Demus & hoc tibi ne verbis verba addere videamur, prædicta non reperiri in bastardello, sunt tamen hæc alia verba. *Fuit integraliter satisfactum per manus D. Phormionis.* illud per manus alieno nomine
2 actum esse indicat clare. l. item autem. §. gesisse, de admin. tut. l. p. §. deiecisse, de vi & vi arm. c. mulier, §. p. de sent. excom. lib. 6. Bald. late in rub. C. de instit. act. nu. 2. & in l. ex arrali, C. de act. emp. & vend. *Peric.* Et hoc ipsum p manus inhesse publico documento inficiari possum, quia si recte memoria teneo, tantum dictum fuit, *satisfactum de tota summa contenta in instrumento.* *Pas.* Excidesse ex memoria constat, sed concedamus omnia, ne verbis morosius inhereamus, inficiari nullo modo poteris, satisfactum esse à Phormio

ne curatore meo & clari iuris esse negare non poteris, quotiescunque quis in alieno negotio gerendo versatur, & non expresserit quo nomine agat, si sua non interest, alieno nomine, & principalis vice agere videtur, atque ita existimandum esse tradit Bart. in l. mater. nu. 11. C. de rei uend. ex l. 3
in familia, C. famil. ercis. Vnde is, qui vendit Titij domum, & non addat quo nomine, Titij nomine res agi videtur, vt idem Bart. inquit, in l. si fundum, per fideicommissum, de leg. p. in prin. Quapropter cum Phormio depositum alienum soluerit, cum sua nihil interesset, meo nomine, quia mea intererat, egisse asserendum est. Sed vt adhuc magis, quod dixi pateat, negare tu quidem non poteris Phormionem tutorem, curatorem, ac rerum omnium administrarem, & gestorem ab omnibus palam haberi, ac se ita gessisse semper, Preterea non te fugit, quod asserens se esse prouocatorem & rerum gestorem (vt de Phomione dixi, qui mea bona semper tractauit, lites gessit, negotia, & omnia administrauit) & is in gerendo negotio nihil addiderit aliud, plane nomine procuratorio agere iudicatur. Glos. & Doct. in l. sciendum, §. tuto 4
res. ff. qui satisd. cog. & in l. qua ratione, de

procurat. Ex quibus satis constare debet & tu Periclymene confiteri debes solutionem meo nomine peractam, ac ideo mihi actionem competere ad repetendum eiusdem solutionis vi contra te. Quare absque controuersia me actorem appellari, te autem reum conueniri posse constituamus.

Peric. Non ita facilis, atque expedita res est, vt tibi videtur Pasicles. Multa.n. adhuc supersunt, quibus ab eiusmodi repetitione vindicare me possim, licet reū me tibi ad conueniendū fecerim tantum, ne de nomine anxie disputandum censeam. Quocirca esto sim reus, tu verò si quid habes, vnde probare possis, actionem ad repetendum tibi licere ostendas, quę etiam si competeret, non ita tamē summarie, ac stricte me conuenire debes, quasi meā fidem Pasioni patri tuo sub forma Cameræ astrinxerim, ideo agendum est vt iure, & consuetudine statutum, ac receptum est, non quidem summarie. *Pas.* Paucis melius fortasse fuisset, si dixisses, te nullo instrumento, nullaque obligatione teneri, atque ita recte mihi satisfactum. *Peric.* Neque id cogitaui, licet sit mihi, vnde nihil me tibi debere ostendam; sed modò tantum proposui summarie mecum agi-

non posse, quod instrumentum sub
Cameræ forma confectum minimè fue-
rit. *Pas.* Instrumentum edituu No
tarij fide,& manu confirmatum,cum sit de
forma Cameræ tibi fidem facere debet,si-
ne dubio. *Peric.* Alia fide eiusdemmet
notarij,quam apud Notariũ produxi. Ca-
meræ forma non continetur, ideo si exem
plaria inter se discrepent ad originale, &
protocollum confugiendam est, vt ait
Bart. in l.sempronius,n.3.de leg.2.& Doct. 5
in l.edita,& alibi, C.de eden. Vnde sum-
marie agendũ nõ est, sed prius de Cameræ
forma docendum. *Pas.* Ad hanc diffi-
cultatem tollendam litteris compulsoria-
libus actum est, & ex originali, vel Bastar-
dello,vt aiunt,fuit depromptum exemplar
coram iudice parte citata, & adstantibus
testibus rite citatis,& adhibitis, ac tãdem
patefactum est reperiri illud, in Cameræ
forma: Ignorare autem nullo modo debes
Instrumento Compulsoriato fidem adhi-
beri non aliter atque Protocollo,& Origi-
nali met. Bald. l.current, num. 3. de test. 6
Doct.communiter in auth. si quis in ali-
quo,C.de eden.Iap.alleg.77.num.1.& per
tot. Rot.decis.43.de probat.in antq.& de-
cis.4.num.1.de fid.instrum.in antiq. Paris.

cons.145.num.12.lib.4.Ioan.de Arnono ſingul.ſuo 716.incip. An Papa,& idem in cons.203.num.4.Teſtes præterea in Compulſorijs adhibiti non ne tibi plenam fidē faciunt? *Peric.* Teſtes tantum aſſerunt ineſſe in loco nimis arcto ita vt conijciendum ſit additā clauſulā multis annis poſt celebratū contractū,ſed paulo ante litem à te excitatā. *Pas.* Quod addita fraudolenter fuerit,tibi probandū eſt,mihi ſatis ē quod adſit. Nā is,qui in loco arcto reperiri inquit,adeſſe fateatur neceſſe ē,nō aliter atq; qui ad defenſionē occidiſſe fatetur homicidiū aperte cōfitetur perpatraſſe,ita do
7 cet. Bart.in l. Aurelius §.idē quæſiuit ff. de libert.leg Bald.l.p.C.de cōfeſſ.col.9.Marſil.ſing.185 incip.Cōfeſſio.Abb.cap. cū veniſſet de conſtit. Philip.Fran. cap.p. col.4. de confeſſ.lib.6. Dec. c.venerabilis col. 2. de except.& licet hoc dictum ſit in Criminalibus,idem tamen dicendum in ciuili-
8 bus negotijs aſſerunt. Alex. cons. 39. num. 2. & cons.2. col.fin.lib.4. Grat. cōs. 61. col. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 10. col.3 lib. 1. *Peric.* Hęc omnia concedere poſſum, ſed ad probandum,quod addita fuerit illa clauſula , id fuit mihi argumenti, quod ſit in loco anguſto,& Teſtes depo-

nunt ex stylo Notarij, cum non consuetum esse apponere,& sub hac forma instrumenta conficere. *Pas.* Imo testis tertius ad quartum interrog. asserit scriptam clausulam ex eodem atramento, & manu eadem. De stylo vero nihil certi affirmari potest, cum testes solum de ijs instrumentis, quę in bastardello ad paucas paginas sequuntur, non autem de pręcedentibus loquãtur. Cum tamen de antecedentibus, ęque atque de consequentibus mentionẽ facere debent testes, vt de stylo fidem facere possint. Bald.d. cum te in Gallia, si cert. 9
pet. Philip. c.p. de temp. ordin. lib. 6. Abb. cap. 1. locat. Doct. in l. fin. C. de ind. viduit. toll. Deinde eodem modo Pasio pater meus Nestori sub depositi specie se astrinxit, tu eundem patrem indemnem conseruaturum spopondisti, imo ijsdem testibus præsentibus, eodem Notario immediate rogante; Quę omnia satis faciunt, vt dicere iure possimus fuisse vnicum 10
actum, Glos. l. si defunctus, §. si duo, ff. de pignor. & in l. si ex pluribus. §. fin. de solut. Ricciard. de Salicet. in cons. suo posito sub alleg. 77. Lap. si itaque tam prima obligatio patris mei, quam secunda à te pręstita quia coniunctim peractę fuerunt vnicus

iure cẽsetur actus cum in prima sit sub forma Cameræ in secunda quod non rite, ac recte posita sit, qua ratione suspicari possis non video. Atque cum sint illę duę obligationes vnicus actus plane debent cense
11 ri eiusdem conditionis, & iuditij cap. non debet, de consan. & affin. l. eum qui cedes, de vsucap. c. cognouimus 12. q. 2. ca. tua in fin. de decim. Rom. cons. 372. non video num. 4. facit Aret. cons. 17, num. 3. & cons. 104. num. 10. Feder. de sen. con. 138. nu. 3. Dec. cons. 503. nu. 3. Præterea quod clausula illa adiecta fuerit tempore contractus persuadere, tibi debet, quod verisimile nõ sit, vt fideiussor durius se, quam principalis debitor voluerit obligare, ita vt Pasio pater sub forma Cameræ fidem suam astrinxerit Nestori, tu vero patrem meum sub eadem forma indemnẽ non conseruabis
12 Bero. in propositis fere terminis in cons. 160. num. 12. lib. 3. Decian. cons. 72. num. 5. lib. 2. Colligi aliter non potest ex con trahentium mente, qua quidem ratione sæpe argumentari scis nostros Doct.
13 Abb. cap. cum dilectis num. 2. & 3. de donat. Socin. Iun. l. ita stipulatus, num. 22. de verb. oblig. Rom. cons. 295. donatio patris, num. 5. Grauet. con. 51. num. 2. So-

cin.conſ.44. in præſenti, lib. 4. Dec. conſ. 48. in fin. Caſtren.conſ.118.viſo, & examinato col.1 lib.1.Corn.conſ.16.lib. 1. & conſ.12.in prȩſent.in fin.lib. 3. Tua ergo præſumptio, ſeu ſuſpicio tollenda erit hac vera, & ſolida prȩſumptione, nam præſum ptione præſumptio tollitur, atque deletur. Gloſ. cõmuniter recepta, vt inquit Curt. 14
Iun. conſ. 35. D. Benedictus, in l.Diuus, verb.æſtimari, de rit.nupt.Alex.con.73.n. 8.lib.3.conſ.88.num.2.lib.Dec.conſ. 470. num.10.& conſ. 476. num. 6. Paris. conſ. 14.num. 40. lib.p.conſ.29.num. 48. lib. 2. conſ.160.nu.29. lib.4.Guliel.de Lod.ſing. ſuo.42.nu.1. *Neſt.* non eſt opus coniecturis, & prȩſumptionib⁹ in re, quȩ tam pa tenter eluceſcit. *Paſ.* Relictis coniecturis agamus ſolidis rationibus. Primo obligatio eſt Paſionis patris mei, deinde immediate ſequitur tua obligatio Periclymene, de indemnitate, quæ nihil aliud eſt, niſi quȩdam ſubrogatio illius factȩ ad fauorem Neſtoris ideo ſub eiuſdem principalis obligationis natura, & forma cenſeri debet. Afflict. decis. 395. num. 10. 15
Dec. cap., decernimus, num. 293. de iud. & in cap.ex ratione, nu. 51. de appell.cap. quoniam Abbas, num.20.de off. deleg. &

in l. cum pro eodem, num. 81. C.de sent. quç pro eo quod inter. Hypol. Rimin. l. si emancipati, num. 343. C. de collat. Bellon. cons. p. num. 9. & cons. 98. num. 6. Rip. in tract de pest. tit. de remed. ad conser. vbertat. num. 227. Crot. cons. 162. num. 29. & consi. 210. num. 12. Faciunt, quæ à Doctor. traduntur in l. Gallus, §. idem credendum, & ibi Soc. Iun. num. 26. de libr. & posth. Sed quid opus est multis? fuit instrumentum compulsoriatum præsentibus testibus, reperiri appositam clausulam libere asserunt.

Peric. Cum testes diligenter non fuerint examinati, & interrogati, vt omnia sint interrogatoria euacuata, vt aiunt, nihil
16 probant Testium depositiones, Paris. consil. 107. num 70. & sequen. lib. prim.

Pas. Istud quidem Periclymene necesse est, sed quoniam in proposita controuersia duo continebant tua interrogatoria, num adesset illa clausula in Cameræ forma, & num esset in loco arcto, de quibus satis, superque ad quartum interrogat. respondent testes, ideo interrog. fuit euacuatum, quod si vero fuisset adhuc adhibita negligentia in damnis interrogatorijs non mihi, sed ibi id tribuendum

est Bald.in l.quod ad hæredem.ff. de Ma- 17
gist. conuen. Inde dicta testium in suo ro
bore existunt. Alex.cons. 172.col. penul. 18
lib.2.refert, & sequitur Marant. in prax.
crimin.part.6.verb.interrog. product. nu.
4. Specul.in ti.de test.§. iã de interrog.Ne
gligentia enim huiusmodi non debet mi-
hi nocere vllo modo Bald. in l. rem,nu.2. 19
de euict. Bero.cons.191. nu.9.& 34.lib.p.
Menoch. de arbit. iud. lib. 2.cent. 2. cas.
182.num. 49. Parisius vero in suo cons.
107.tantum dicit testium dicta nullius es-
se roboris si testes interrogati non fuerint
in omnibus interrogatoris datis quidem,
parte opponẽte,& reclamante,ac expostu
lante,vt diligentius in omnibus examinẽ-
tur. Quod quidem nihil ad rem,cum & te
stes examinati, ac interrogati ita fuerint,
vt omnia tua interrogatoria diligẽter fue-
rint euacuata. Sed iam satis superque pro
batum est ex instrumento compulsoriato,
tum ex testibus, tum coniecturis dignis,
demum firmissimis rationibus,positam re-
periri clausulam sub forma Cameræ in in-
strumento pub. indemnitatis, ideo bene
agi tecum posse summarie. Vide si quid ha
bes, vnde solutionem subterfugere possis.
Peric. Multa sane, sed id modo propo-

nam ad defendendū, quod fideiussor quando soluerit, vbi potuisset opponere exceptionem litis ingressum impedientem, nullo modo contra principalem debitorē ad repetendum agere potest. Ita patet ex
21 l. si fideiussor. ff. mand. Glos. & Doct. in §. si quod autem. Instit. de Fideiuss. Bellam. cons. 77. nu. 17. *Nest.* At doceas necesse est, quę nam sit huiusmodi exceptio, quæ impediret litis ingressum. *Peric.* Est statutaria præscriptio, ex qua instrumentum nullum, ac irritum fit, quæ si à te, uel à tuis fuisset edita, atque proposita sine du-
22 bio impedire poterat litis ingressum. Bar. l. fin. ff. pro suo. Bellon. cons. 25. in prin. *Pas.* Quid auxilij ferre statutaria pręscriptio contra depositum potuisset, plane nō video. *Nest.* Omnibus patet ex præscriptione creditori satisfactum cēseri, ita vt creditor amplius agere non possit. Videndum igitur est, an statutaria præscriptio, ex qua Periclymenus dixit, meam actionem auferri, etiam ad agendum litis ingressum impedire potuisset. *Pas.* In præscriptionibus nihil antiquius ducitur, quam vt is, qui præscribere vult, in bona fide reperiatur. Is autem, qui scit se esse obligatum, & sibi releuandum fideius-
sorem

forē semper est in mala fide. Balb. tract.de 23
præscri. par.2.tertiæ par. princ. q.1. num.
1. & seq. Quare nullo modo præscribe-
re potest etiam statutaria præscriptione.
Paris. conf. 20. num. 6. & conf. 87. num. 24
13.lib. 1. Aym. conf. 116. num.8. Ma
thesil. sing. suo 23. nota quod omnes.
Ferrat. caut. 38. num. 1. Menoch. conf.
115. num. 29.& conf.143.num. 11. Pręsertim de iure canonico. Paris. conf. 49.
num. 30. lib. 2. Et ius canonicum in hac 25
materia præscriptionis vel solum spectā-
dū, & retinendum dicit idem. Paris.conf. 26
66. nu.98. & seq. lib. 3. *Pericl.* De bo-
na, vel mala fide agendū non est hoc tem-
pore,cum aperte à statutis dicatur per tot
annos debitum solutum,& satisfactum ex
pręscriptione prout in proposita quæstio-
ne,& statutum optime tu nosti, & memo-
ria tenere debes. *Pas.* Memoria quoq;
teneo nihil immutari, vel innouari posse
in his,quæ sunt ex iuramento, ac iuris, vt
aiunt,ecclesiastici. Doct. in cap. verbum 27
de elect.& in auth. sacramenta puberum,
C.si aduer. vend.Bald. conf.415.petita ve
nia,lib.1. Alex.conf.59.viso instrumento
per tot.lib.1. Fran.Curt.cōs.44.super con
tingentia, col.6. Ias. l.fin.ff. qui sat. cogan.

Ferrat. caut. 16. *Peric.* Accipienda sunt hæc sano modo, in his scilicet statutis sunt intelligenda, quę carent confirmatione apostolica. *Pas.* Confirmatio quę reperitur in nostris statutis est in forma cõmuni, qua nihil circa pręscriptionem, & alia, quæ sunt iuris ecclesiastici confirmatur. præterea quòd in proposito casu requiratur, vt cõfirmationẽ comitetur clausula
28 Ex certa sciẽtia, docet Alex. cons. 38. col. pen. lib. 4. Grat. cons. 84. lib. 1. & cõ. 75. co. 2. lib. 2. Frã. Curt. con. 67. Corn. cons. 224. lib. 3. Quę quidem clausula ex certa scientia non extenditur nisi ad ea, quæ expres-
29 sa sunt. Ruin. cõs. 60. col. pen. lib. p. Quod si darem hoc, vt confirmatio esset munita illa clausula, ex certa sciẽtia, adhuc tamen non censetur confirmare statuta iniusta, &
30 inualida per semetipsa. Felin. c. ex parte col. 21. de præscrip. Aret. cons. 8. & in l. ꝙ seruus, de acquir. posses. Alex. cons. 1 col. 10. lib 5. & cons. 52. in fin lib. 7. Curt. sen. cons. 50 nu. 38. Aym. cõs. 3. col 3 quod autem præscriptio sit impium remedium di-
31 cunt omnes fere Doct. Becc. cons. 12. nu. 60. Socin. Iun. con. 145. num. 26. lib. p. Hypol. Rimin. cons. 32. num. 16. Cephal. cons. 40. num. 25. Sed quod statutum inducens

prçſcriptionem contra obligationem iura tam,tamquam impium,& iniquum,ac pec cati nutritiuum omnino reiiciendum ſit, 32
cenſent oẽs Doct. Bart.in l. omnes populi,num.24.ff.de iuſt.& iu & conſ.36. num. 2.ſtatuto Aſiſij,Bald. in l.ſi fideiuſſor,§.ſi fideiuſſor.verſ.item eſt argumentum.in antique lect.ff mand.& in l.p.C. ſol.mat in l. fin.C.de temp.appell.Bart.& Ias.in l.nam & poſtea,§.ſi is,qui,ff. de iureiur.Angel.in l naturaliter col.p.de vſucap.& conſ. 201. num.5.Cepoll. caut. 20. Capell. Toloſan. decis.220.Boer.decis.328. Alex. conſ.59. per tot.vol.p.Grat.conſ. 141. vol. p. Bero conſ.82.nu.8.& 9.lib.3.Soc. Iun.conſ. 64. num. 7. lib. p. & quod hæc ſit communis
opinio fidem faciunt, & atteſtantur Alex. 33
conſ.185.num.27.lib.2.Marſ.ſing.141.audiuiſti forte.Tom. Ferrat.caut. 39. explorati iuris. Ex communi autem opinione,
omnes iudices iudicare debent Alex. 34
conſ.134.num.9.& conſ.59.n.7.lib.3.Imo ex canonici iuris æquitate,quæ in hac materia tantum ſpectatur,præſcriptio à iudice nunquam admitti,ſed omnino,ac ſemper reijci debet Paris conſ. 101. nu. 89. 35
lib.p.Felin.rub.de præſcript.col.p. Prçſertim id retinendum eſt à iudice, ſi debitor

sit in mala fide. Paris. d. consf.num. 88. Quod si actionē tollere uideatur; offitium quidem iudicis auferre præscriptio mini-
36 me potest Grat.consf.41.col. fin. lib. p. *Peric.* Satis mihi est, si editum fuisset statutum, quod litis ingressum impedire, & omnem actionem reijcere poterat. *Pas.* Demus hoc tibi, vt statutum sit multi roboris, omnino admittendum, & recipiendum ad rem nostram, ne morosus videar; Triginta tamen anni cum ad præscriptionem à statuto introductam requirantur, nec in obligatione nostra interfuerint, recte explodendum iudicamus. *Nest.* Id maxime spectandum est, quot ab hinc annis obligatio fuerit peracta. *Peric.* Triginta quidem anni sunt ad constituēndam præscriptionē inter absentes, sed ego proponendam præscriptionem inter præsentes affirmaui. *Pas.* Neque id quidem dici potest. Nam extra prouintiam commoratus es. In præscriptionibus enim tractandis dicitur absens, qui est ex-
37 tra prouintiam Felin.cap.quoniam, nu. 9. vt lit.non contest. Abb.cap fin. num. 3. de maiorit.& obed. & in cap de quarta, num. 30. de præscrip Bald in.l. cum in lōgitudine, num 2. C. de præscrip. long.

temp. Tiraquel. de retract lignai § 35. glos. 3 num. 2. Menoc de arbit. iud. lib. 2. cent. p. cas. 40. num. 11. Imo in præscriptionibus considerãdis is vocatur absens qui in alieno, præsens, qui in eiusdem ciui tatis territorio versatur Bart. l. in duobus, 38
§ sub duo, nu 16. de duob. reis, Abb. cap peruenit, num 9. de fideiuss. Cum igitur alibi semper, & continuo commoratus fueris Periclymene, videas, quam præscriptionem tibi competere proponas.
Peric. Quod præsens fuerim satis probare debet, quod in loco contractus domum paternam semper retinuerim. *Pas.* Nihil ad rem, quia adhuc versamur in præscriptione inter absentes Paul Castren cons. 94. posito quod, num. 3 lib. p. *Nest.* Quid de domicilio originis dicendũ, quod semper permanet. *Pas.* Domicilium originis nihil cõfert ad præscriptiones, in quibus tantũ spectatur habitationis domi- 39
ciliũ Socin. l quędã puella, n. 11. de iurisd omn. iud. Socin. Iun. rub. ff. sol. mat. n. 21 & ibi Ruyn. Ias. in l. cũctos populos, n 25. C. de sum. trin. & fid. cat. Alex. cõs. 16 n. 3 lib p. cõ. 155. n. p. lib. 7. licet . n. retineatur domicilij nudũ nomẽ tantũ; adhuc domiciliũ vere amittitur, Bal. rub. C. si à nõ cõpet. 40

iud. nu. 1. verſ. itē cōſenſu,& illic amplius
41 conueniri non poteſt. Caſtren. l. quædam puellæ,nu. 6. de iur. omn. iud. & cum Corinthij diu habitaueris Periclymene, ſine dubio contractum ibi domicilium facto, & animo præſumitur ex his, quæ tra-
42 dunt Bald. in l. p. §. habitatore, nu. 1. de his qui eiec. vel effud. & in l. 4. nu. 2. C. ad municip. lib. 10. Bart. l. placet. nu. 2. ff. ad municip. Feder. de ſen. conſ. 255. quidā puer, nu. 2. Dec. conſ. 183. nu. 11. Decian. conſ. 96. num. 8. lib. 2. Prçſertim quia in loco cōtractus inhibendum ex Corinthij priuilegio curaſti, & ibi vltra decennium ſemper habitaueris, ex quibns domicilij contrahendi animus aperte colligitur.
43 Paul. Caſtren. l. 2. nu. 2. C. Vbi ſenat. vel Clariſs. Doct. in l. 2. & ibi Bald. nu. 1. C. de incol. lib. 10. & in l. aſſumptio, ff. ad municip. Aret. cap. quod clericis, col. 2. de foro comp. Marian. Socin. cap. licet, q. 6. verſ. 1. eod. tit. Alex. conſ. 155. num. 2. & 3. & conſ. 120. nu. 10. lib. 7. *Peric.* Omnia plana eſſent ſi Corinthij maiorē meorum bonorum partem habuiſſem, vnde mutandi domicilij animus deducitur.
Pas. Licet Corinthij non poſſideas ad maiorem fortunarum tuarum partem tamen

men recte adhuc dici poteſt,quod domici-
lium contraxeris, Paul. Caſtren. in d. l.
2. C. vbi ſen. vel Clariſs. Menoch. de arbit. 44
iud. lib. 2. cent. p. caſ. 86. nu. 3. Ex decen-
nio enim ſatis colligitur domicilij contra-
hendi,perpetrandique animus ex docto-
rum traditionibus in l 1. de incol &
cenſ C lib 10. Sed ad rem noſtram om-
nia ſupradicta clarius oſtēduntur ex men-
te,& voluntate eorum, penes quos ſtatū-
endi erat poteſtas,vnde ſumptū argumen-
tum magni dicunt eſſe faciendum docto-
res Nam ij,qui de præſcriptione ſtatue
runt ea ratione ducti dixerūt præſcriptio-
nis iure per annos 20 inter præſentes cre
ditorum actiones auferri, & collidi, quod
cum adſit creditor, & ſępe ſæpius debito-
rem, vel eius domum aſpiciat, nec petat
quicquam,credi non poſſit, quin fuerit ei
ſatisfactum Decianus conſ 11. nu 104
lib 1. Mandoſ. in reg. Cancell. de annali 45
poſs. q. 3. nu. 5. Ideo domicilium habita-
tionis in præſcriptione tantum ſpectan-
dum diximus paulo ante, non autem do-
micilium Originis,quod debitoris memo
riam excitare non poſſit, nec dici poteſt
quod fuerit creditor in mora, & contra
eum, qui negligens ad petendum non eſt

48 non currit pręſcriptio. Iaſ. l. contra maiores, nu. 5. C. de inoff. teſt. Et creditor nullo modo cogitur ad perquirendum debitorem, vt petere poſſit reiiciendæ pręſcriptionis cauſa. Abb. cap. peruenit
49 nu 9 de fideiuſs. Cum itaquę ratio, qua ducti fuerunt ſtatuentes, ad rem nihil faciat, neque ſtatutum vllo recipiēdum erit. Feder. de ſen. conſ. 4. nu 5. Oldrad cōſ.
50 6. quod littera exequutoria, Salicet. l. 4. C. de iniur. Anchar. conſ. 11. *Peric.* Statuta diligenter retinenda, ac obſeruanda eſſe tradunt vbique Doctores noſtri omnes. *Pas.* Demus, & hoc tibi, vt ſtatutum admittatur ad rem noſtram, ne infeſtus, grauiſque nimis videar. Concedere tamen debes pręſcriptionem introductam à ſtatutis proptereaquod debitū
51 ſolutū pręſumatur, vt ait Galleſ. de obli. form. Cam. ad 6. part. q. 3. nu. 12. Huiuſmodi autem pręſumptione hoc tempore caret noſtra quæſtio, quia te debitorem feceris per epiſtolam, ex qua debitum patenter, & manifeſto confeſsus fuiſti. Debiti quidem confeſſio pręſcriptionem omnem tum iuris, tum de iure funditus tollit,
52 Pariſ. conſ. 121. nu. 3. lib 1. Aret. conſ. 80. nu. 7. Bero. conſ. 206. num. 33 lib. 3.

Neſt.

Nest. De hoc quidem dubitandum non
est, si debiti confessio in epistola manifesto
adesset non autē alio casu, *Peric.* Num-
quam debitum me agnouisse recordor.
Phor. Tam cito ex memoria excidit, litte
ris te mandasse Timocari, vt quod tibi à
Republica deberetur mihi persolueret.
Pas. Sine dubio manifestam debiti con-
fessionem tuę litteræ continent, Specul.de 53
probat.nu.15.vers.videri restat, Doct. in
cap.2.de fid.instr.vbi Abb.nu.8. Dec.nu.
15. Doct. in l. admonendi, ff. de iureiur. &
ibi Bart.nu.30. Ias. in repet.nu.135. Rom.
nu.35. Rip.nu.133. Cat Sacc.n.15. Orian.
nu.51. & alij communiter. Nā litterę eius-
modi malę fidei inducunt probationem,
Paris.cons.66.num.103.lib.3.& cons.112. 54
nu.49.lib.1. Ita ut ei contraueniri postea
nullo modo possit, Aym. cons. 61.num.3.
& cons.71. num.4. Angel.cons.31.num.3.
sed nullum dari locum pręscriptioni in
quæstione nostra, vt facilius tibi persua-
dere possis Periclymene, reuocabis in me-
moriam Nestorem fratrem tuum egisse, vt
sibi persolueretur pecunia depositata pe-
nes Pasionem patrem meum, ideo eum ab
actione dimouere non poterat præscrip-
tio statutorum, quòd depositum nunquam

prȩſcribetur, & repetenti rem ſuam obijci
55 præſcriptio non poſſit l. 2. C. quib. long. temp. prȩſcript. ob. non po. Felin. cap. fin. col. 3. de præſcript. Bald. tract. de præſcrip. 2. part. tertię part. prin. quæſt. 14. col. fin. Rom. conſ. 201. Grat. conſ. 41. lib. p. ſed depoſitarius ſine libello, iudicis tantum offi-
56 tio reſtituere cogitur. Bald. l. acceptam, C. de vſur. Salicet. l. ſi quis vel, C. Depoſ.
Neſt. Res clara mihi videtur, & quod omni careat difficultate: præſertim quia tu Periclymene nunquam præſciptionem agnouiſti, ſed imo cum litteris mandaueris, vt perſolueretur omnino, prȩſcriptioni
57 renunciaſſe videris Alex. conſ. 118. num. 15. lib. 2. & conſ. 84. num. 1. lib. p. Bero. conſ. 152. num. 14. lib. 3. Ac ita ei renuntiaſti, vt ad præſcriptionem confugere am-
58 plius non valeas, Bero conſ. 57. num. 31. lib. 3. Angel. conſ. 39. nu. 4. & conſ. 116. nu. 34. Itaque hanc de prȩſcriptione diſputationem miſſam faciamus. Phorm. Multa adducta, ac edita fuere in iuditio, vt multis modis rem inuolueret Periclymenus
Peric. Docui, ſolutos à me Neſtoris vxori quinquaginta denarios, vt detrahendos ſaltē obtinerem, vti æquitas poſtulare videtur. Iniquum namque eſſet, vt bis idem

soluerem. *Nest.* Ita plane res se habet, ac meæ vxori soluit me vel maxime efflagitante. *Pas.* Tecum bene quidẽ actum est Nestor, sed vt ex apoca solutionis ego accepi, mutuo tantum contractũ videtur, & non fit solutio ad depositum liberandum, sed mutuo dum contraxit Periclymenus compensandi animus nõ præsumitur, Aym. conf. 80. num. 1. per tot. 59
Nestor. Satis erit, quòd vxori meæ soluerit, quæ sine dubio dicitur coniuncta persona. *Pas.* At solutio coniunctæ personę sine mandato speciali fieri non debet, Abb. cap. coram, nu. 8. de offit. deleg. 60
Bero. conf. 26. num. 23. lib. 2. Cephal. conf. 24. num. 4. lib. p. Bald. l. cum maritum, num. 2. ff. de solut. Præterea litę pendente pecunias dedisti: & in fraudẽ fideiussoris quod biennio antequam tu mutuaueris Nestoris vxori, solutum erat debitũ à Phormione tutore meo, ideo vbi actum egisti, & solutum soluisti ab obligatione minime solutus, ac liber eris. Abb. cap. ex re, num. p. de 61
iureiu. *Phorm.* Mirum, cur nunquam illuxerit hęc tua solutio, vel pæcuniæ mutuatiò, nisi demum cum iudicis sententiã & mandatum aliter Periclymene subterfugere non potueris. *Pas.* Recte in-

quit Phormio. Nam agnoscens, debiti partem residuum persoluere, ac præstare
62 cogitur, Bald.l. fidem. C. de non num. pecun. Alex. l. cum de indebito. Præcipue cũ pro tota summa in meis bonis iudicis sententia capta fuerit tenuta, vt inquiunt.
Peric. Quod dicitur de tenuta capta nihil obest: quia pro parte indebite cum fuerit capta, tota redditur inanis l. si non sor-
63 tem, §. si centum, ff. de condit. indeb. *Pas.* Parum refert quod pro parte indebite esset capta possessio, quia saltem daretur retentio donec integre satisfactum esset, pa-
64 tet in tex. in d. §. si centum ibi. *Agen vero retinebitur, donec debita pecunia soluatur*: & ibi latius explicant Bald. num. 3. & Ias. num. 10. Castren. num. 5. faciunt, l. eleganter, §. qui reprobos, & ibi scribentes de pignor. act. l. fundus, qui Lutij Titij, de rescin. vendit. l. si cum aureum, ff. de solut. Sed quid plura? multis ostendisse videor, præsciptionẽ omnino explodendã esse. Primo, quòd
1 iniustũ sit remedium. Secundo quia non facit ad delendam obligationem iuramento munitam. Tertio, adest mala fides. Quarto depositũ non præscribitur. Quinto, annorum numerus, quem postulat præscriptio, non reperitur in causa nostra.

Sexto, Ratio statuentium nihil ad rem. Septimo, per epistolã debitum agnouisti. Demum in memoriam reuocare debebis Periclymene, te apud notariũ in actis quod debitorẽ fecisti, & aperte, ac ingenue confessus es, & fuit noĩe meo recepta cõfessio & ei cõfessioni contrauenire à te nõ debet, nec potest, sed firmam, ac ractam semper sustinebis. Cepoll. caut. 163. nu. 1. Bursat. 65
cons. 111. num. 11. & cons. 138. num. 13. Lanfran. cap. quoniam contra. §. de confessione, num. 21. tit. de probat. Doct. cap. si cautio, de fid. instrum, vbi Ant. de But. & Imol. Nullo enim modo reuocari potest huiusmodi confessio in actis præstita, Bero cons. 201. num. 14. lib. 3. Bursat. cons. 32. 66
Cadere videtur fabella de tribns ouis, quę cum ad mensam apposita essent, Filius ingenij acumen ostentans, patri dixit, oua cum essent tria, duo continere, annuit pater; tum cõcludens, filius inquit, duo, & tria efficere quinque, quamobrem oua allata quinque existerent; Recte fili, ais, pater inquit, & acceptis illis tribus, reliqua duo filio concessit, ab eodem adinuenta. Ita fere ager erat aureorum ducentorum, legato postea vsufructu Titio efficitur trecentorum ex hac computatione, vt opinantur aliqui ex nostratibus, qui negabunt fortasse rem ita se habere? Computabit ergo hæres in falcidia detrahenda, quę nunquam legari potuerint, cum nusquam fuerint?

ptimum gum. Nihil plane absurdius. Quod si annorum huiusmodi computatio æstimationẽ efficere debet, vide quid nam absurdi proficisceretur, vt hęres commodi, ac vtilitatis plurimum ex legatis perciperet, quod ex fructibus legati idem hæres persoluere, & legatum pręstare possit. Legata sunt decẽ annuatim ei, qui primam ętatem nondũ excessit, ex traditionibus doctorum trecenta legata videntur, quę quidẽ æris alieni loco ponit hęres in detrahenda

trahenda falcidia, cuius causa fit æstimatio huiusmodi ex annorum computatione, & tamen reuera non sunt, cum non debeantur illa trecenta statim, sed annuum legatum soluere debet hęres. Vnde fit, vt cum dictam summam pecuniarum computet in falcidia detrahenda hęres, facile ex illius pecunię fructibus satisfaciat sine vllo incōmodo, legatario, cuius multum interesse poterat si statim, vel post triginta annos dictam pecuniam haberet. & tñ statim mortuo testatore huiusmodi summa ad falcidiam detrahendam computatur, cum non statim legatario persoluatur.

Quare si ęstimetur quanti venire potest, nec conqueri legatarius iure posset, quia qui pretium habet, rem habere videtur, nec multa incommoda subire cogerentur Doctores nostri, qui putant ex annorum computatiooe legatum ęstimandum omnino esse, Numquam enim fieri posset, nisi fortuito, vt illa computatio in annum fere mortis legatarij cadat, quod si vltra annos, quos pręsumitur ducére ex l. hęreditatum, adhuc vixerit per aliquod tempus, plane ab hęrede petere potest legatum vsque ad mortem, vt omnes consentiunt; Ita quoque si plus legatarius perceperit, quam vitę tempus concedebat, repeti posse omnes tradunt ab hærede indebiti conditione. Itaque cum nullum verbum in vniuersa lege de ęstimatione legati, sed tantum de computatione annorum mentio fiat, recte concludendum videtur. Nihil quicquam de annui legati æstimatione, in l. hęreditatum, ff. ad l. falcid. decerni, vel statui à Iuriscon. & hęc quidem

à nobis

à nobis non insectandi studio, à quo institutę vitæ ratio longe abest, sed vt occasionem Doctoribus darem, præstantius aliquid excogitandi, licet vberius fortasse, quam Paradoxorum mos, & consuetudo ferre videretur, sed quid refert, auido lectori vberiores apposuisse epulas,

F I N I S.

CAESARIS OTTINELLI FIRMANI

Art. Philoſ. Iur. V. Doctoris

SI FAMILIA. FVRTVM. FECISSE. dicatur.

CONSILIVM





SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE Apud Alexandrum Gardanum, & Franciſcum Coattinum. M. D. LXXXVI.

Ad Maledicos.

ITa ſtudio maledicendi aliqui ducuntur, vt etiam ſi velint, & cupiant alterum laudibus exornare nequicquam id à ſeipſis conſequantur, ſed dum ſtudent laudare maledictis carpiant neceſſe eſt. Cum Leontychidas Ariſtone natus Demaratos amicos ſibi maledicere accepiſſet, nihil miror, inquit, quandoquidem illorum nemo de quodam bene loqui poſſet. Eodem morbo penitus laborans Zoilus cum interrogatus eſſet cur ita ſtuderet omnibus maledicere quoniam inquit malefacere vt cupio cuipiã nõ poſſum. Peſſimo homine digna vox.

Familia furtum fecisse dicatur.


QVAESTIO

Marcellus Cæsari S.


Diu, multumq; apud nos disceptatum est, num aliqua obligatione teneretur Valerius Notarius, quòd in familiam admiserit Grauinam quendam, quem per multos menses eius nomine publice, ac palam stipulari, & obligationes recipere, ac alia patiebatur gerere, quę præstari solent à Notariorum substitutis. Sed quia dictus Grauina nonnullas obligationes recepisse, ac sępius stipulatum se esse affirmauit falsò quidē, cùm ipsemet pecunias in suos vsus verterit, re, ac facinore detecto fugam abripuit, relicto chyrographo, quo falsa illa instrumēta, & obligationes esse libere confessus fuit. Creditores, quorū fauore obligationes peragēdę erāt Valerium principalem Notarium conuenerunt, qui acerrime defensionē suam sustinet. A te peto, vt quid sentias diligentissime ad me scribas, & vt soles ama. Vale.

RESPONSVM

Cęsar Marcello. S.



Vaestionē difficultatibus minime quidem vacuam proposuisti. Nā actione tantum ad exhibendum teneri Valerius videtur; ideo statim atque exhibuerit ad instar Argentarij ab omni obligatione liber esse posset. Eorum, quae in offitio geruntur rationem redde re ipse tantum cogitur. Accedit eo quod quemad modum alter alteri stipulari non potest, ita ex alterius facto alter minime tenetur. Sed rem accuratius mente, animoque consideranti omnino teneri Valerium ex huiusmodi delicto responden dendum videtur; quia patiebatur Grauinam eius nomine obligationes recipere, quae patientia pro mandato habetur; & domini pecuniarum de instrumentis conficiendis cum Grauina egerunt sequuti Valerij bonam fidem. Sed cur non teneatur, & condemnetur Valerius, qui tam malum Grauinam, & pernitiosam personam in eius offitio; & familia admiserit & retinuerit? Vale.



CON-

CONSILIVM.

Domine deduc me in iustitia tua: & dirige in conspectu tuo viam meam. Psal. V.

PRoposito responso plane condemnatur Valerius, sed quia consultatio præcipue accedit de instrumento vnius societatis scutorum centum, vt responsi sententia magis elucescat pro facti intelligentia sciẽdum est. Dum cuperet Gregorius ad societatem offitiorum collocare scuta centum de contractu, & instrumento conficiendo egit cum Grauina, qui in offitio Valerij commorabatur; ac principalis debitoris, qui pecunias in societatem accipiebat, nec non aliorum quorundam fideiussorum obligationes se stipulatum esse, ac recipisse cum asseruisset, tradita Gregorio fide societatis manu offitialis subscripta, ac alijs præstitis, quæ Romæ fieri solent in huiusmodi societatum contractibus, mandauit pecunias persolui à suo argẽtario Gregorius. Paucis deinde mensibus patefactis falsitatibus Grauina fuga abrepta euasit, sed chirographum reliquit manu sua scriptum, quo omnia libere fatebatur. Itaque ad instantiam Fisci fuit falsi crimine inquisitus, & Gregorius citatus ad producendam fidem prędictam, ac tandem seruatis seruandis fuit Grauina condemnatus. Conuenire statim cœpit Gregorius Valerium, qui se prima facie tueri posse videtur his de causis.

PRIMO. Eorũ, quæ gerentur, aut acta suerũt

in offitio Valerius tantum rationem reddere debet, de his vero, quæ extra offitium tamquam de factis alienis nullo modo teneri debet Notarius. Eorum autem, quæ in offitio acta fuerint, rationẽ reddere potest, si acta & scripturas exhibuerit, Actione itaque ad exhibendum in proposita causa Valerius teneri videtur, ita vt statim atq; exhibuerit liber & solutus sit ab omni obligatione, quod si in offitio contractus de quo agitur non reperitur, prout inueniri nullo modo potest, plane prçsumitur instrumentum non esse rogatum
1 pro eum Notarium, & in eius offitio. Bald. l. fin. num. 21. C. de eden. Corn. cons. 191. lib. p. Ratio quidem est, qui ea, quç facti sunt nullo mo
2 do præsumuntur Ang. cons. 220. Lanfr. cap. quoniam contra in prçlud. col. 4. de appell. Cum itaque Valerius paratus sit exhibere, nec fieri possit vt obligatio de qua agitur reperiatur in eius offitio, plane nullo iure teneri, sed absoluendus videtur.

SOLVT. Paucis quidem reiicitur argumentũ, Quia præfecit Valerius rogitibus recipiendis, rogandisque contractibus Grauinam, ac ita uersatum esse in eius offitio per multos menses constat eodem Valerio sciente, patiente, ac consentiente. Quamobrem non satis est, vt sit paratus exhibere, sed ex facto Grauinæ, qui in eius familia fuit præcipue in his quibus præfectus erat, om
3 nino tenetur Valeri⁹ tot. tit. si famil. furt. fec. dic. & tit. furt. aduer. naut. caup. ac paulo post latius probabitur, & præcipue ex bulla, seu constitutione Pij iiij. Pont. Itaque non liberatur eo, quia sit para-

paratus exhibere Valerius.

SECVNDO. Licet ex facto Grauinæ Valerius (detur hoc) teneatur, tamen cum Grauina mādati fines excesserit dominum obligare minime potest l. diligenter ff. mand. Non enim credendum est licet Grauinā vel præfecerit vel passus fuerit rogitus recipere eius nomine, vt mandasset aliquid falso vt ageret circa obligationes stipulandas. Præsertim quia factum procuratoris, quod ad pœnam inducit, nullo modo possit obligare, & afficere principalem dominum l. si procurator. ff. de condit. indeb. l. si procurator de except. Gloss. in cap. p. & ibi doct. vt lite non contest. Et quia prçcipue delictum perpetratum à famulo, communiter non præsumitur, vt dominus sciat, nec ei imputari vlla ratione potest c. quare præsulatus p. q. 3. c. Petrus, de homi. cap. sicut tuis, de simon. 4 5 6

SOLVT. Procurator vocari nō potest Grauina, & licet deliquerit præter intētionem Valerij, quia tamen deliquit in eo, cui propositus fuerat, necesse est vt teneatur non quidem ex malefitio, sed ex quasi malefitio. Quod si ipse ita mandasset sine dubio vti principalis auctor delicti teneretur ex malefitio. Ita plane dictum, quod factum procuratoris inducens pœnam dominum non afficit, in proposito casu intelligendum est, vt Valerius non teneatur corporaliter, verum ciuiliter; Et quia deliquit in regitibus recipiendis quibus propositus erat, non obstat aliud dictum quod dominus non præsumatur scire delicta famuli quod quidem est intelligendum de his delictis, quæ passim fiunt à seruis, non autem si deliquerit

rit in eo, cui a domino proponitur famulus, quia omnino dominus obligatur prout latius infra nos demostrabimus.

TERTIO. Contra Valeriũ negotiũ facessere præcipue videtur fides, quæ tradita fuit à Grauina Gregorio, & producta fuit apud notarium: sed hęc fides nullo modo obstare debet, quia fides dicta non est protocollum, quod notarius tenet pę-
7 nes se Ias. l. si quis §. prętor ait de eden. alias
8 enim notarius puniretur Bald. rub. C. de fid. instrum. num. 28. Paris. cons. 28. lib. 2. Menoch. cons. 42. Est itaque huiusmodi fides simplex omnino, quia si deficit exemplum deficit exempla-
9 tum Bald. in auth. si quis in aliquo C. de eden. Curt. Iun. cons. 106. Imo si non reperitur proto-
10 collum instrumentum quoque deficit Bald. l. Caius col. 2. post princ. de sent. Menoch. de arbit. iud. cas. 187. num. 31. & cons. 42. in primo Natt. cons. 634. Anchar. cons. 434. Anchar. cons. 431. Itaque ex huiusmodi fide tamquam ex simplici & nuda scriptura nullũ ius oriri post aduersario, & nihil ponere debet contra Valeriũ.

SOLVT. Non est adeo simplex fides, de qua agitur, vt nihil omnino faciat cõtra Valeriũ, quia cum iam more receptum sit, vt in huiusmodi societatum contractibus semper tradantur à Notarijs fides, vt contrahentes sciant pro certo instrumenta confecta in actis reperiri plane ita probant fides, vt notarius cogatur aut instrumentum exhibere aut damnum resarcire. Deinde producta dicta fide ad instantiam Fisci fuit Grauina falsitatis reus effectus, ac postea condemnatus. Cum

tamen

tamen nemo ex scriptura simplici, & priuata con demnari possit, Salicet. in l. damus, C. de fals. 11
Corn. cons. 182.lib.4. Aym. cons. 46. nu. p. ratio quidem est, quia simplex, & priuata scriptura nihil ponit veritatis, vel falsitatis cum nullam fidem faciat. Fides aut proposita sine dubio, cum sit scripta Grauinæ manu, & offitialis principalis debitoris subscripta vt nihil desit, prout testes in eius recognitione deponunt, plane obligat Valerium, vt aut exhibeat, aut sustineat instrumentum, cuius fides existit. His itaque pro parte negatiua adductis, atque reiectis, quod omnino Valerius teneatur in proposita quæstione multis probari posset, sed paucis ostenditur.

PRIMO. Cur non teneatur, & cōdemnetur Valerius qui tam pernitiosam personam in eius 12
offitio, & familia admisit? Ita in simili exclamat Iurisconf. in l. vn. §. serui, ff. furt. ad naut. caup. es, quod huiusmodi dictum applicandũ sit ad notarium aperte docet Paul. de Cast. in l. p. §. familię, ff. de pub. & vect. Nam cum Valerius non sit 13
obligatus ex contractu, neque ex delicto directo, ex quasi delicto dicitur obligatus §. fin. Inst. de oblig. quę ex quas. del. & ibi Angel. & Fab. nu. p. Rom. cons. 11. nu. 3 & cons. 15. num. p. & 13. Felin. cap. petrus nu. 8. de homicid. Bald. l. p. nu. p. ff. ne quis eum.

Dictum autem, quod ex delicto familię dominus teneatur firmatur in potestate cuius offitiales deliquerint in offitio sibi commisso, Bart. l. p. §. 14
familiæ, nu. 2. de pub. & vect. & in l. debet, ff. naut. caup. stab. Abb. cap. p. nu. p. vers. ex quo infer-

15 infertur; de rest. spol. Aym. conf. 3. nu. 15. Rom. conf. 15. nu. 1. & 3. Idem dicendum de Episcopo, cuius Vicarius deliquit, Rot. decis. 278. in nou. & decis. 432. in antiq. Abb. d. c. 1. de rest. spol. Felin. c. petrus, nu. 8. de homic. Bald. l.
16 nulli, C. quorũ. appell. non recip. In scolare idẽ
17 dictum ponit Bart. d. l. 1. §. familiæ, nu. 4. In iu-
18 dice Paul. de Cast. & alij in dicto §. familię. In
19 Capitaneo Bart. l. 1. C. de erog. lib. 12. & in l. ne quid, nu. 1. & 2. de incen. ruin. & nauf. Denique quod Notarius teneatur ex delicto familiæ delinquentis in eo, cui proponitur aperte dicit Paul. de Cast. in d. l. 1. nu. 3. ff. de pub. & vect.

Quod autem Grauina fuerit in familia Valerij deponunt testes, qui dicunt illum passim rogitus solitum recipere & in offitio, & ad domos priuatas uice, & nomine dicti Valerij cum tamen ad huiusmodi cõsuetudinem probandam satis esset
20 vnicus actus, l. Mela, §. 1. vbi Bart. & alij, de alimen & cib. leg. l. nemo vbi Bald. col. 1. vers. vlt. nota C. de epis. aud. c. cum de benefitio, de præben. in vi. Abb. c. fin. de consuet. Ias. post Glos. & Bart. in l. de quibus, nu. 51. ff. de leg. & in simili materia Paris. cons. 93. nu. 14. lib. 1. Dec.
21 cons. 222. nu. 10. & cons. 441. nu. 2. Et cum hoc actum sit in publicò, dici debet notorium c. 1. de post. prelat. cap. in tua, qui maior. accus. poss. Glo. in cap. cognoscentes, de constit. & in l. si tutor, C. de peric. tut. Bart. in simili casu in l. si pupillus, §. de quo paulus, nu. 2. & ibi Bald. num. 1. ff. de
22 instit. act. Aym. cons. 121. nu. 2. Quod autem notorium est, plane sine rubore negari nullo mo-

do

do potest, Innoc. cap. sicut,& cohabit, cleric. & mul. notatur in cap. vestra eod. tit. Bald. rub. C. de probat.& in l. & quidem,col.6. C. qui accus. non poss.& in l.cum fratrem, C.ad sillan.

Quod deliquerit in officio,& non extra, patet, quia deliquit in eo cui propositus fuerat, nimirũ in obligationibus & regitib⁹ absoluẽdis, Cuma. 23
in terminis in l. 1. §.familiæ,nu. 2.,& ibi Bart. nu. 1.Rom. nu.4. Imol.num.9.ff. de pub. & vect. Abb.cap. 1.nu. 1.de restit.spol. Aym.cons.3.nu. 15.Rom.cons. 11.nu.3.

Ad probandum,quod Grauina propositus fuerit rogitibus recipiendis & obligationibus perficiendis, satis est illum exercuisse Valerio sciente, 24
& patiente prout depenunt testes in causa ita tradit Bart. in proposito in l. 1. §.familiæ, nu. 6. de pub.& vect. ex tex.in l. 1. §. magistrum,ff.de eser cit.act. Patientia enim pro scientia, & mandato habetur l. 1. & ibi scribentes,ff. de tribut.act.Bar. l. admonendi nu. 18. de iureiur. & cons. 79. nu. 5.Alex. cons. 45.in fin.lib.3.

Sed non solũ deponunt testes Grauinam exercuisse in familia & officio Valerij, verum notorie & palam omnes sciunt, illum quidem exercuisse Valerio sciente præsente, consentiente,& nemine contradicente, & ex sola patientia tenetur Vale- 25
rius l. 1.ff.de trib. act.l.Titianus,ff.quod cum eo. Bald.rub.C.de exercit.act.num .2. & in l. eius, qui in prouintia num. 11 .ff.si cert.pet. Bart. in l. ei,qui,in fin,& in.l.cuicunque nu. 2. & ibi Bald. nu.p.ff. de instit.act.Ias.in l.institorem,nu. 2. vbi Dec. num.3,si cert.pet. Paris.cons.93 .nu. 5. & 9.

lib.p.Alex. conſ.44.num. 11. lib. 2. Dec. conſ. 409.uum.6.

Ex his quidem patet, quod dominus, & præcipue Notarius tenetur ex delicto eius, qui eſt in familia, patet præterea Grauinam propoſitum rogitibus recipiendis & exercuiſſe ipſo Valerio ſciente, & conſentiente, ac in eo deliquiſſe; Ita vt concludi poſſit omnino de iure communi Valerium teneri in cauſa. Ac primo ita probatum ſit pro ſupra adducto reſponſo.

SECVNDO. Pro reſponſo adducitur, quia Valerius ſolitus fuit vtilitatẽ, & cõmodum percipere ex rogitibus peractis, & rebus geſtis à Grauina, ideo ex illis aperte tenetur l. quæſtus, ff. pro Soc. Abb. conſ. 74. nu. 2. part. 2. Dec. conſ. 654. n. 3. & cum commodum ſenſerit, æquum eſt vt & incommodum habeat, prout dicitur in ſimili in l. p. de inſtit. act. l. fin. §. fin. C. de fuit. §. cum actum inſtit. de empt. & vend. l. ſecundum naturam de reg iu. c. qui ſantit eod. tit. lib. 6.

26

TERTIO. Dum contraxit cum Granina de ſocietate perficienda Gregorius, plane bonam fidẽ Valerij ſequutus egit, qui illũ in eius familia & offitio admiſit. Ideo ſine dubio non debet defraudari Gregorius, ſed Valerius tenetur cum quo cõtaxiſſe videtur Gregorius eius bonam fidem ſequutus, §. introduxit, inſtit. quod cũ eo, l. p. §. idẽ pomponius, ff. depoſit. Dec. in l. ſi inſtitorem, nu. 4. ſi cert. pet. Bald. in l. lutius Titius, nu. p. de inſtit. act. Dec. conſ. 510. nu. verſ. quod qui contraxit, & nu. 5. in fin.

27

QVARTO. Sæpius rogauit Grauina ad fauorẽ Grego-

Gregorij & plures fides huiusmodi societatũ eidẽ 28
tradidit propterea quod societates rite peractæ ei ſent, & dictæ fides ſunt vndique ſimiles cum hac de qua agitur cũ nihil omnino differant inter ſe ergo idem ius ſtatuendum de vna æque ac de cæteris, l.p.§.interdum, ff.de font.l. poſtulaſti, §. de adult.§.iſtas, inſtit.quod cum eo.l. naut.§.fin. ff. naut.caup.ſtab.l.illud, ff. ad l. Aquil cũ ſimilib.

Aut omnes igitur ſuſtinendæ, aut omnes denegãdę ſunt per Valeriũ, aut omnes bonæ, aut omnes falſæ, ſed hac vna excepta cęteræ ſortitæ ſunt effectum propterea quod ſocietates fuerunt diſdictę & pecuniæ reſtitutæ, quod autem nullum eſt nullum producit effectum l.4.§.condemnatus, ff. de re iud. Aym. qui de inſtrumento loquitur 29
conſ.716.num.12.

QVINTO. A cõtractibus, ad delicta recte duci poſſe argumentum paſſim tradunt omnes doctores, & not.in l.omnem, de iud.in aut.qua in prouintia, C.vbi de crimini.agi oport.cap.fin.de for. 30
compet. In contractibus id quidem obſeruatur vt vnuſquiſque teneatur ex facto alterius, quem alicui negotio præfecit, ſi nõ ex contractu, at certe ex quaſi contractu, ex eo quod paſſus fuit alterum eo ſciente agere. Cum itaque Valerius præfecerit Grauinam rogitibus eius nomine recipiendis, ac eodem conſentiente ſemper in his ad eius inſtar ſe geſſerit, plane dicẽdum eſt, vt teneatur ſi non ex delicto, at certe ex quaſi delicto qnemadmodum ex quaſi contractu tenetur Magiſter, & dominus inſtitoris ex facto eiuſdem inſtitoris, & exercitoris propterea quod eos negotiationibus

præfecerint, & eorum nomine exercere passi fuerint, l. si institorem, si cert. per. §. introduxit, insti.
31 quod cum eo. Bart. viden. in. l. ei, qui, in fin. C. quid cũ eo & cons. 79. quidã vendidit. Alex. cons. 44. num. 5. lib. 2. Afflict. decis. 64. num. 3. Abb. cons. 16. vers. sed primũ, lib. 2. & cons. 74. nu. 2. lib. 2. Paris. cons. 93. num. p. & 2. lib. p. Natt. cons. 467. num. 6. Aret. cons. 57. nu. 12. Ratione enim quod dominus teneatur ex eo quod alterũ pręfecerit, & passus fuerit eius noĩe exercere extensio fit inter institorem, & exercitorem ac eorum dominos, & è cõtra; Bald. l. p. n. 2. C. de exerc. &
32 instit. Glos. l. p. §. non autem, & in l. fin. ff. de exer cit. act. Ias. §. Actiones num. 50. instit. de act.


SEXTO. Extat Constitutio seu Bulla Pij Papę Quar. sub rub. de reformat. tribun. Vrbis, quę omnem difficultatem penitus reiicere debet, vbi cum multa de tribunaliũ omniũ Vrbis reforma-
33 tione multaq; præcipue de Notarijs dictorũ tribunalium, dicta essent, cõcludẽdo de omnibus notarijs omnium tribunalium vrbis extãt hæc verba. *Notarij curiarum supradictarum, tam criminalium, quam ciuilium causarum non exigant, nisi iuxta taxam eis præscriptam &c.* paulo post. *Exerceant eorum officia per seipsos, nec illa arrendent sine licentia iudicum.* Deinde. *Nec substitutos recipiant nisi ab ipsis iudicibus approbatos, pro quibus ad damna, & interesse, quæ illorum culpa partibus euenerint, etiam si ipsos exhibuerint, & soluendo non fuerint, teneantur & obligati sint.* Bulla est inter constitutiones Pij Quarti Pont. sub num. 68. in bullario fol. 576. cuius initiũ est. *Cum ab ipso nostro pontificatus, &c.*

Quod

Quod igitur Valerius teneatur in causa proposita dubitandum amplius non est nihil enim magis dilucide dici potuisset, cum patenter dicat sũmus Pont. pro quibus teneantur ad damna et interesse quę eorum culpa partibus euenerint & ita sint obligati Notarij principales & domini.

Non est ergo dubitandum amplius. Quamobrem propositum nostrum responsum hoc nostro consilio ita probatum atque confirmatum sit.

Ad laudem et gloriam Omnip. Dei, Virginis Matris, ac omnium Sanctorum.



INDEX

AD

Consilium si famil. furt. fecis. dicatur.

Sylog

Maior.

Ex delicto eius, qui est in familia delinquentis in negotio, cui propositus sit, dominus tenetur.

Minor.

Grauina fuit in familia Valerij, ibiq; deliquit in eo, cui propositus erat.

Conseq.

Valerius itaque tenetur ex delicto à Grauina perpetrato.

Maior. *Patet ex toto tit. ff si fam. furt. fec. dicat. ff tit. furti aduer. naut. caup. stab. & l. p. de pub. & vict. & probatur supra ex consilio sub nu. 3. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*

Minor. *Constat quia notorium est quod actum fuit. Deinde testes ita aperte deponunt. & patet ex consilio nostro. nu. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 28.*

Cõseq. *Per se clare elucescit, & omnino confirmatur ex bulla Pij Quarti Pontf. Max. sub. nu. const. 68. in bullario fol. 576. sub rub. de reformat. tribunalium vrbis. & præterea ostenditur ex nostro proposito consilio. n. 1. 12. 13. 24. 25. 26. 27. 31. 33.*

Deo Gratias.


F I N I S.

CAESARIS OTTINELLI FIRMANI

Art. Philoſ. Iur. V. Doctoris

DE

CVRANDA PORRIGINE.





SVPERIORVM PERMISSV.

ROMAE Apud Alexandrum Gardanum,
& Franciſcum Coattinum. 1586

CAESAR OTTINELLVS
Francisco Ottinello Fratri
Germano S.





VOD tam vehementer dum Firmi essemus expostulasti, vt meam de Porrigine curanda lucrubatio nem mitterem, tulimus libenter, & agnouimus assiduam tuam studiorum cupiditatem. Nihil enim mihi iucundius accidere potest, quàm quòd si detur, vt te quotidie operæ, ac industriæ plus in litteris ponere cognoscam. Nihil igitur mihi antiquius fuit; cum Romam me receperim, quàm vt tuo desiderio satisfacerem. Vide quanti apud me sis, vt quod à me ipso numquam obtinere potui, tu quidē, uix dici potest, quàm facillime impetraueris, quòd nūquam antea in animum inducere potui, vt lucubrationem hanc de Porrigine in lucem prodere concederem. Quòd si olim scribēdi materia à viro ornatissimo Ioanne Baptista Raimūdo nobis data fuit, edēdi hoc tempore occasio tuo desiderio erit penitus tribuenda, atque adscribenda. Quò fit vt meus erga te fraternus amor vndique pateat, cum quod multorum consilia, & cohortationes antea nunquam persuaserint tibi denegari non potuerim. Tu verò pro tua

prudentia cogitare debes nouam quandam huiusce meæ lucubrationis tutelam, seu causam minime quidem à calumniatorũ concertationibus expeditam tibi suscipiendam esse, vt Romæ illa Ioannem Baptistam Raymũdum patronum cum habeat; tuũ patrocinium istic ne desideretur, caueas. Ita bene mihi cõsultũ fore iudicabo. Quod vt commodius præstare poßis mi frater, cursum, quem cœpisti toto pectore retineas, & omnem operam, studium, industriam, diligentiam tuam collocabis in litteris, ex quibus fructũ vberrimum, summam vtilitatem, commoda, copias, ac optima quæque percepturus, & consequuturus eris. Semper mihi crede, litteræ vsui tibi erunt, & fructum pariter, ac voluptatem in vniuerso vitæ tuæ cursu afferent. Iamdiu profectò cognitum, perspectumq́; licet mihi sit, te in litterarum studiis freno potius, quàm calcaribus egere; facere tamen non possum, quin auctor tibi sim, vt in iurisprudentiæ studia toto animo incumbas, in quibus te multum iam proficisse, & cognoui, & expertus sum, vt sine dubio egregiam expectationem, quam de te concitasti, studiorum tuorum euentus non solum præclarè substinere, sed superare facilè poßit. In manibus itaque Iurisconsultorum responsa, ac scripta semper habebis: memoria illud Teodectis retinebis, multum insudandum

ei, qui gloriam, & laudē consequi cōtendit: animo vero comprehendes perpetuò Euripidis illud in Hypol. τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει. *Pytagoras suos ad difficillimum viuendi genus cohortabatur, quòd vsu futurum esset iucundissimum. Anus quadam, vt est apud Phauorinum vitulum ita ferre vsu assequuta fuit, vt bouem postea in humeros extollere non dubitauerit. Nicias tam erat assiduus, vt sæpe an lauisset, an pransus esset, famulos interrogaret. Demosthenes interrogatus quanam ratione dicendi artem consequutus esset, quod olei plus dixit, quàm vini consumpsisset. Demades rogatus quo præceptore vsus esset, Tribunali respondit, Atheniensium. Tu vero mi frater vtere STVDIO FIRMANO XYSTI V. PONT. MAX. benignitate restituto; vt ad Tribunalia aliquando honorificentissime accedere possis. Non enim tibi Platonis, & aliorum exemplo longa, & ardua itinera sapientiæ amore erunt suscipienda. Nobis quidem multa incommoda, ac pericula subeunda fuere dum Pataui studiorum causa essemus turbulentissimis illis Pestis temporibus, vt quid vis potius quàm de litteris cogitandum esset. Tu quidem recte apud Græcos receptū sermone prouerbiū in ore habere poteris.* οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. *Pluribus præter meam opinionem ad te fortasse*

quàm opus esset, sed dabis hoc amori erga te meo, cum amori tuo tantum detulerim, vt hanc meã de Porrigine curanda lucubrationem ad te peruenire facile patiar. Vale, & me, vt facis, ama.

Romæ Idib. Decembris

M.D.LXXXV.




DE

DE
PORRIGINE
CVRANDA.

Ioanni Baptistæ Raimundo I. C. peritissimo, & causarum patrono optimo

Cæsar Ottinellus S.



VIDE quid sumpserim, iurisprudētiæ sacris initiatus omnem operam, laborem, studiū, industriam iuris scientiæ cum dedicarim penitus, vt tua causa cogar ex medicina quædam regustare, & rem omnino intermissam repetere. Equidē anteactæ vitæ curriculi partem in varijs artibus, & disciplinis me cōsumpsisse, nec inficior, nec profiteor; at hoc quidem tempore vela in vasto iuris pelago audacter pandimus eo animo, vt nisi turbulentis temporibus, aduersis procellis, & fluctibus ad τῶν διδασκαλῶν διαγνοντικῶν tutos illos, atque clausos, tranquillosque portus, coactus confugerem. Sed vt de Porrigine curanda ad

te aliquid ſcriberem, nihil aliud profectò excitauit, quàm quòd nihil mihi in amicitia antiquius, quàm amicum quacunque ratione iuuare; & vt monet Terentius Heautontimorum. act. 4. ſcen. 3. videre vt amici res ſit in tuto. Ita quidem vt Zamolxidis illud apud Plat. iu Charmid. memoria ſemper teneã, ὅτι ὥσπερ ὀφθαλμοὺς ἄνευ κεφαλῆς οὐδ' εἰ ἐπιχειρεῖν ἰᾶσθαι, οὐδὲ κεφαλὴν ἄνευ σώματος, οὕτως οὐδὲ σῶμα ἄνευ ψυχῆς.

Cum igitur te, & ingenio perexcellenti, & moribus ſuauiſſimis ornatum cognouerim, de Porrigine; quia de ea ſæpius ſermonem habuimus, & te male affici perſpexi ex medicis mittere aliquid decreui; vt te ſi qua poſſem induſtria ab eiuſmodi moleſtia liberarem; tum etiam vt cognoſceres me tui eſſe vndique ſtudioſiſſimum. Quid? prę auribus obſtrepere iam ſentio illud. He ſutor vltra crepidam. Vocem agnoſcimus, quia ſępius ſubiuimus, eorum ſcilicet, qui cum Homeri catenam numquàm viderint, & vna cum litteris voluptatis, ac commoditatis genus omne coniungere velint, & agant, in eam ſententiam iuerunt, vt in pluribus diſciplinis operam ſuam vnumqnemque honeſtè ponere poſſe non putent. De qua quidem opinione

ſæpe

ſæpe ſæpius diſceptauimus & alibi acturi ſumus. Per me liceat ijs quicquid velint aſſerere. Videant tamen ne dum iudices eſſe volunt in re,& cauſa propria iudicent, & incidant in l. fin. ff. de extraord. cognit. l. vnica. C. ne iud. in cauſ. prop. cap. iudicare, 11. q. 3. aut ſaltem caueant ne male iudicent, & litis ęſtimationem, bonorum amiſſionem, ac infamiam ſubire cogãtur ex §. fin. Auth. vt litigatores collat. 9. c. 1. de ſent. & re iud. in 6. Sed vt ad rem accedamus huiuſmodi malam capitis, corporiſque quandoque totius affectionem extare ſi probarem, plane riſum excitarem, non aliter ac ſi naturam oſtendere uellem ex Ariſtot. 2. phyſ. tex. 6.

Quid igitnr ſit mi Ioannes Baptiſta accipe ex Alexandro Tralliano lib. 1. cap. 4. qui inquit eſſe, ubi ex capitis ſuperficie, ſiue ex reliquo corpore ſine exulceratione, ut plurimum corpuſcula quædam exilia, ac furfuracea excidunt. Paulo preſſius Actuarius lib. 2. meth. cap. 5. ait eſſe ſoboles praui humoris, qui ſurſum fertur, & per capitis cutem diſcutitur. Nam ſi quis caput perfricet, ſtatim ſquamulas, ac ueluti furfures tenues excidẽtes facile cernere poteſt. Quare vndique, & ſummopere nocent.

cent. Recentiores, qui quemadmodũ verbis ſępe, ita re, & præſtantia ab illis priſcis medicis longe diſtant, furfures nominant, Gręci πιτυρίασιν vocant. Sed Plin. lib. 20. nat.hiſt.c.9.& 15. Corn.Celſus lib.6.c.2.& Q. Serenus Porriginem appellant. Et Celſus ait ſquamulas illas ſurgere in capillo modo cum malo, modo ſine vllo odore; fieriq́ue ferè in capillo, rarius in barba, aliquando etiam in ſupercilio. Differunt quidẽ πιτυρίασις & φθειρίασις inter ſe, quod hęc in ima, illa in ſublimi cutis parte emanat.

Vtriuſque curationem diligenter adhibendam monet Actuarius, quia oculorum, aurium, dentium, & proximarum partium mala inde proficiſcantur; tum quia moleſtię plurimum inſit, vt inquit Serenus.

Eſt inſenſibilis morbus ſed noxia forma.
Cum caput immẽſa pexũ porrigine ningit,
Copia farris vti frangentibus edita ſaxis.

Quid igitur ſit Porrigo vel ex his Sereni verſibus cognoſci tantum poteſt, & ad eius cauſas explicandas accedamus. Oritur Porrigo ex male affectis, & prauis humoribus, ex ſententia Oribaſij lib. 8. Synops. cap. 25. Aetij lib. 6. cap. 66. Paul. Aegin. lib. 3. cap. 3. & aliorum. Humores enim, vt inquit Trullianus lib. 1. cap. 4.

vitioſi

vitiosi, & corruptę pituitæ salsæ, biliosę,& sanguinis melancolici sursum euecti huiusmodi molestiam pariunt.

Quare fit, vt omnis curandi ratio ad humores serosos arcēdos, atque absumendos spectare debeat vt docet Galenus lib.1. de comp.med. secundū locos cap. 6.& Aetius lib. 6. cap.66. Victus itaque ratio ex Archigenis sententia ita institueuda erit, vt nec biliosos, nec serosos, vel vitiosos gignere humores possit. Quæ eduntur boni debent esse succi, & quæ facile conquoqui, ac digeri queant. Nec quidem ad rem sunt cibi flatum gingentes,& crasso, atque pingui humore constantes,ut sunt tubera,fungi, bulbi, legumina, carnes præsertim bubalinæ. Condimentum sit mel, cuminum, apium, fæniculum, alijs præsertim bellarijs parcè vtare. Vinum tenue, & album conuenit,nec non iucunditatis gratia dulce,ac mulsum concedi potest. Ante cibum vuā arefactam, ficus,amigdalas virides; post fercula malum punicum edas. Sed quia bonę digestionis semper diligens est habenda ratio deambulationes lenæ,plurimæq. mane, ac vesperi optimæ censentur. Caput si aqua calida ablueris, caue deinde ne multum aeris subeas; sub sole diutius non mo-

rabe-

raberis, ac frigus etiam euitabis. Iram, indignationem, tristitiam, cæterasq; ani-animi perturbationes subterfugere studebis. Dormire ad satietatem vsque, prodesse dixerunt veteres, quod quidem an probem, nescio. Nam somnũ humiditatem plurimã gingere conuenit apud Medicos omnes, & humiditatem putredinis causã statuũt Galenus, & Aristoteles, vnà cũ cæteris, & medicis, & philosophis. Sed defendi posset veterũ quoque sententia.

Medicamentorum genera, quibus vniuersum corpus purgatur, cum non egeas, vnà cum Antyllo apud Aet. lib-3. cap. 23. adhibẽda consulere nõ possum. Sed quædam remedia potissimum afferam, ita quidem vt primo loco firmum semper sit: medicameuta omnia, quæ di cutiendi, ac abstergendi facultate præstãt, in hoc morbo vsui semper esse intelligas. Sũt qui his abstringentia addere velint, nõ alio consilio, quàm quòd per ea corporis affecta particula corroboretur, nè in se ipsã influẽtes serosos humores recipiat, sed resistat, atq; repellat. Multa eius generis sese mihi offerũt: sed ne multitudine, ac varietate curationẽ impediã, vno fasciculo multa cõplectar.

Porriginem pellit terra cimolia, cuius

loco


loco vtimur bolo armeno,cũ betæ ſucco, & fœni græci. Faba cum cortice, & betæ ſucco. Amigdalæ amarę decorticatæ cum aqua,& aceto affricatę; cumq; exaruerint capilli aqua calida abluendi ſunt. Malua ſylueſtris,quam Altheam vocant, in aqua marina donec decima pars relicta fuerit, cocta. Oleum laurinũ,& amigdalinum ex Act. lib.5. meth. c.10. Menta ſylueſtris cũ aceto capiti infuſa in ſolis radijs ex Plin. nat.hiſt.lib.20.c.14.Furfures cũ oleo.Ocy mum ſylueſtre cũ adipe anſerino. Bolum armenũ,thus,ſtaphis agria,ſcilla, vel horũ alterũ cum betę ſucco,vel muria,aut decocto lupinorũ,ſeu radicis cucumeris ſylueſtris; deinde caput abluendũ eſt lixiuio cinere fraxineo confecto, & admixto felle ouino,vel bubalino. Argenti ſpumæ, olei rutacei, aceti ęquas partes accipias,& inungas,quod quidẽ ſummopere comendat Aetius lib.*6*.c.*66*. Nitri ſpumę,atramenti ſutorij, calchantũ gręci vocant, cum vino æquæ partes adhibitæ ter, aut quater in menſe,ita cõferunt auctore Archigene,vt nullo alio opus ſit remedio. Sed accipe, quod in mentem venit, Poetæ dictũ,quod cũ ad rẽ facere videatur prętermittere nõ poſsũ.Horatius enim lib.2.ſerm.Sat.3.ait:

Vngere si cauleis oleo meliore, caputq́;
Ceperis impexa fœdum porrigine.


Multa equidem remedia, & alleuiamenta attuli non eo quidem consilio, vt omnia tentanda existimarem, & tibi auctor essem, sed vt tuo arbitratu, pro tua commoditate vnum, aut alterum cum adhibueris cum Q. Sereno canere possis.

Desinet interea glomerari ferrea nubes,
Cessabitq́; grauis crebræ porriginis imber.

Hæc habui mi Ioannes Baptista, quę de Porriginis curatione Tralliani exemplo συντόμως scriberem, magis fortasse, quàm res ipsa pateretur, aut mea erga te beneuolentia postularet. Sed si laborem nostrum gratum tibi accidisse intellexero, satis mihi quidem ad patefaciendum, significãdumq; meum erga te animũ fuisse videbitur. Vale.



CAE-



CAESARIS OTTINELLI
ad eundem Epigramma.

Exercet ſua quæq̃ gerit mens anxia noſtra;
Et quicquid præbet, præbeat ex capite:
Ex capite alto ſtat lentus Porriginis imber;
Ex noſtro cecidit furfur & ingenio.

F I N I S.

